Boleslaus Dux Poloniæ confert hæreditatem super Raczonowice Comiti Raczononi et libertates concedit. 114

In nomine Domini amen. De ea que geruntur in tempore cum lapsu temporis labantur solent poni in linguarum testimonio et scripti memoria perhennari. Noverit igitur presentis et futuri Comitis Raczononis, que nobis ostendit, dum castra que a Theutonicis quondam fuerant occupata Elbusym videlicet et Drczen per ipsius fidele servitium sunt nobis acquisita, et in aliis quampluribus negociis fidelitatis obsequia demonstravit. Quapropter eidem predicto Comiti, filiis et posteris ejus, hereditatem que a nomine Raczon Memorati Comitis sumpsit hoc vocabulum, Videlicet Raczonowice, et eodem vocabulo a vulgo nuncupatur jure hæreditario contulimus perpetuo possidendam. In qua hereditate Sibi liberis et posteris ejus dedimus omnimodam libertatem, a citatione Scilicet cujuslibet Castri et Castellani ab ædificatione Castri, a conductu Ducis, quem non ducant nullo Camerario utentur nisi anulo Ducis

ab

ab expeditione, á povos, á strosa, á Naras, á septuaginta, á Mestane, á podworowe, ab opole, á bove et vacca annuali, a poradlne, quod ipse et posteri sui super homines suos in singulis solutionibus accipiet, et si duo homines sui invicem se occiderint, ipse penam capitis accipiet in eisdem, nisi dui soli obediant, et hoc ab omni exactione et vexacione quocunque nomine censeantur, ipsos fecimus penitus liberos et exemptos, ut autem hæc donatio robur in perpetuum obtineat firmitatis, præsentem paginam nostri sigilli munimine jussimus roborari. Actum et datum in Poznania infra octavas beatorum Apostolorum Petri et Pauli, Anno Domini Millesimo ducentesimo, quinquagesimo secundo, præsentibus honorabilibus viris, qui sunt testes hujus donationis venerabili Patre domino Boguszalo Episcopo Posnaniensi Petrito præposito, Petro Decano ejusdem Ecclesiæ. Comite Boguszalo Palatino, Joanne filio Abrachti Palatino Calisziensi, Przetpełhone Castellano Posnaniensi, Dirsicraijo Castellano Gnesnensi, Arcamboldo Kaliszienzi, et aliis quamplurimis fide dignis.

Ta Kopia przepisana z Oryginału pargaminowego, u którego wisi pieczęc na szurku iedwabnym koloru zielonego. 1784. d. 31. Augusti.